pro certo per ineffabiliū promiſſa deoꝝ preſentem guerram protendi non poſſe tpe diuturno. ⁊ ꝙ ciuitas troie breui tempore deſtruet᷑ ⁊ ruat. deſtructis eius omnibꝰ nobilibus ⁊ vniuerſis plebeiis eiꝰ i ore gladii trucidatis. Quare cariſſima filia ſatis ē meliꝰ nobis hic eē ꝙ̄ hoſtili gladio ſeuiente perire. In aduentu igit᷑ briſeide grecis placuit vniuerſis ipius briſeide tā formoſus aſpectus cū ad eiꝰ placidā viſiōez omnes maiores grecoꝝ excercitus acceſſiſſent querētes ab ea de troiana ciuitate rumores ⁊ eius ciuium continentia. necnō regis eoꝝ quos briſeida in multa verborū facundia pandit illis. Quare oēs maiores ipam in filiali affectione recipiunt ꝓmittētes ei eā habere caram. vt filiā ⁊ ipā in omnibus honorarī Et eis ab ea recedentibꝰ multis donis ⁊ muneribus replent eā. Nōdū illa dies ad horas declinauerat veſpertinas cū iā briſeida ſuas recenter mutauerat voluntates ⁊ vetera ꝓpoſita ſui cordis. et iā magis ſibi ſuccedit ad votū eē cū grecis ꝙ̄ fuiſſe hactenꝰ cū troianis. Jam nobilis troili amor cepit in ſua mēte tepeſcere ⁊ tā breui hora ſic repēte ſic ſubito fcā volubilis ceperat in omnibꝰ variari. Quid ē ergo quid dicat᷑ de ɔſtātia mulierū/quaꝝ ſexus ꝓpriū in ſe habet. vt repentina fragilitate eaꝝ propoſita diſſoluant ⁊ hora breuiſſima mutabiliter variāt᷑ Nō eni cadit in hoēz varietates ⁊ dolos eaꝝ poſſe deſcribere cū magis ꝙ̄ dici poſſint ſint eaꝝ volubilia ꝓpoſita nequiora.

¶ De ſeptimo bello.

POſt igit᷑ trium menſiū emerſa inducias adueniente die ſequenti troiani accingūt᷑ ad bellum ⁊

⁊ ordiatis troianoꝝ p hectorē acieb9. ip̄e hector cū
acieb9 ip̄is ad bellū p̄m9 exiuit ducēs ſecū quīdecim
milia militū3.quos ſue deputauit tātūmō aciei que3
cū aliis decē milib9 militū troil9 illico ſecut9 ē. Dein
de paris ciuitatē egredit̄ exiſtētib9 ſecū pugnātibus
viris in arcubus ⁊ ſagittis illis de perſia triū milit3
numero in equis Fortibus ⁊ bene munitis. Deīde dei
phebus ad bellū exit cū aliis trib9 milib9 pugnatoꝝ
Deinde eneas cū aliis ceteris patis ad pugnā/ q̄ oēs
fuerūt tunc ex parte troianoꝝ cētū milia militū ſtren
nuorum ī multa uirtute bellādi . ꝓut dares ī codice
ſuo ſcripſit. Ex parte vero grecoꝝ acceſſit ad bellu3
rex menelaus prim9 cū ſeptē milib9 pugnatoꝝ. Deī
de proxīe cū totidē diomedes. deīde achilles cū tot
idē.deide rex ātip9 ī triū miliū militu3 cōitiua. deīde
rex agamēnon cū multitudīe magna nimis pugnato
ru3. De grecis āt rex philis cū acie ſua prim9 troiāos
aggredit̄. Cui ſtati hector venit obui9 incuntanter
quem ſic potenter in ſue lancee pcuſſit ictu q̄ ipſum
mortuū ꝓſtrauit ab equo. De morte igit̄ regis phi
lis clāor fit maxim9 bellu3 letale omittit̄ ex quo ſeq̄
tur magna ſtrages. Ex parte uero grecoꝝ dū rex āti
pus acceſſiſſet regis philis volēs ſui mortē auunculi
vindicare multos troianos interficit hectorē īſequi
tur ip̄m inuadit. Sed hector ꝯuerſus ī irā ī ip̄m irru
it. ⁊ ſic ip̄m grauiter vulnerauit. q̄ ad terrā dilabit̄
interfectus. Tunc greci de morte regis antipi ꝯdolen
tes viribus vires accumulāt traianos grauiter oppri
munt. quare multi ex eis deficiunt ⁊ achilles qui eos
multū deprimit. multos ex eis nobiles bellica uirtute

or

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

interemit. Inter quos ducem licaõ ⁊ euforbiũ viros
multa virtute ꝯſpicuos interfecit. qui in troie ſubſidi
um venerãt. ⁊ ideo in eius auxiliũ greci viriliter anhe
labant. Hector autem eo die fuit in facie vulneratus
ignarus a quo. ex cuius vulnere immenſa ſanguinis
copia defluebat. propter quod troiani retrocere de
neceſſitate coguntur. Sed hector tunc eleuatis o
culis ad muros ciuitatis direxit intuitum et vidit he
lenam necnõ eius vxorem ⁊ ſorores ſuas ſtãtes ĩ mu
ris vtriuſqꝫ partis ꝓlia ꝯtemplantes. Et iam greci ĩ
tantum troianos repulerãt/ ꝙ eos quaſi impulerant
iuxta troie menia ciuitatis. Propter qđ hector mul
tum erubuit. ⁊ ideo in furorem pudoris accenſus in
regẽ menonem irruit ſobrinum achillis quẽ ſic pcuſ
ſit. grauiter enſe nudo in eius caſſidem cumulatis ic
tibus feriendo ꝙ in ſuis viribus diſrumpit circulos
in caſſide facta fiſſura. per quam hectoris enſis pue
nit ad cutem ⁊ eius capitis oſſa ꝯfringens ſibi letale
vulnus inflixit. ſic ꝙ rex menon mortuus expirauit.
Quem dum cernit achilles mortuũ accepta quadaꝫ
lancea valde groſſa in hectorẽ irruit. ſic ꝙ eius lori
cam offendit. nec tamen ipſuꝫ a ſella remouit Hector
ãt achillem aggredit᷑ enſe nudo caſſidẽ eius violen
ter impugnat diſrumpit caſſidem ⁊ caſſis dilabit᷑. ſic
ꝙ dilacerat interioris lorice ſquamas affixas. ⁊ ta
men eius carnis ictus intima non leſerũt. Nõ enim
achilles ad tam graues ictus ſe potuit tanta firmita
te tenere/ quin tremebundus nutaret in equo. Cui illi
co dixit hector Achilles achilles multuꝫ niteris acce
dere iuxta me. ſꝫ tu proximum accessum queris ad ig

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nem ut ſine dubio ad tue exituꝫ mortis accedas. A
chilles igitᷣ dum vellet ad verba hectoris relatione
mutua reſpondere ecce ſuperuenit troilus in maxiā
multitudine pugnatorum. qui factus medius inter a
chillem et hectorem ipſos inuicem ſeparauit. cupiens
tamen letaliter achillē offendere ⁊ grecos p̄cipiti da
re fuge. ſic ꝙ tunc ex grecis p'uſꝙ quingenti milites ī
ore gladii perierūt. cuiꝰ rei cā greci retrocedere ſunt
coacti. Ad hec aūt in grecorum ſuccurſuꝫ ſupuenit me
nelaus in comitiua trium milium armatorū. qui bel
lo ſe ingerunt propter quod greci campū in virium
eoꝝ audacia reſumpſerūt. Sed ex parte troianorum
ſuperuenit rex cedemon cuꝫ magna acie gentis ſue. ⁊
in regem menelaum irruit/ ipm ab equo deiecit ⁊ ī fa
cie vulnerauit. Troilus ergo ⁊ rex cedemon conantᷣ
intercipere menelaum/ illum capiunt/ ⁊ captum ad ci
uitatem inducere moliuntᷣ. Sꝫ īpedientibꝰ turmis tu
multuoſis bellantiū ipm lōge a bello traducere mini
me potuerūt. Tunc ille diomedes ſuperuenit bellico
ſus multa gente ſuffultus. qui repente in troilum irru
it ⁊ ipm ab equo proſternit ab eo auferens equū ſu
um quem per ſuum nuncium ſpecialem ad briſeidam
in exenium deſtinauit mandans nuncio ſuo predicto
ut briſeide nunciet ipſum equum troili fuiſſe dilecti a
quo troilum ipſe deiecit in ſuorum bellicoſa fortitu
dine brachiorum. ⁊ eam deprecetᷣ humiliter ꝙ diome
dem ſeruum ſuum a ſua memoria non repellat. Nun
cius igitur ſtatim cum ipſius equi dono ad briſeidā
celeriter feſtinauit. equum ſibi obtulit a diomede
tranſmiſſum. ⁊ verba que ſibi dixerat diomedes

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fideliter narrat illi. Briſeida vero recepit hilariter e quū ipſum ꝛ ipſi nuncio dixit hec verba. Dic ſecure dño tuo/ ꝙ illum ego habere odio non poſſum qui me tanta puritate ſui cordis affectat. Ad hec nūcius recedit ab ipa ꝛ ad dominum properauit adhuc con flictu belli durante. Exhilaratus igit̄ diomedes ad verba nuncii inter acies bellicoſas diſcurrit troiāis ĩ ſiſtentibus cōtra grecos. Troiani grecos diuertūt in fugā. ꝛ eos uſq̄ ad eoꝝ tentoria ĩ ore gladii pſequū tur. Et niſi tūc agamennon grecis ſuccurriſſet in bel lantium plenitudine multa nimis greci tunc fuiſſent omnino deuicti ꝛ totum finaliter amiſiſſent. Inſtau rat̄ ergo bellum duriſſimū inter eos. Greci campum recuperant. ꝛ troiani neceſſario retrocedūt. Sed po lidamas tūc concurrit cum pugnatorū multitudine glomeroſa ſuccurrēs in magna virtute troiāis. quos iā greci vſq̄ ad eorum foſſata ĩ armata manu repu lerant violenter. Diomedes vero dū polidamam in grecos ſic violente inſpicit irruentē in polidamā irru it ſatagens ipſum letaliter offendere in viribus ſue tenſe lancee ferientis. Sed polidamas ſic diomedem impulit virtuoſe/ ꝙ ꝛ diomedem ꝛ eius equum deie cit ꝛ inculcauit ad terram. ex cuius ictu diomedes gra uiter fuit leſus. Polidamas vero diomedis equum a ſua proſtratione reſurgentem ſuas intercipit ꝑ ha benas. ꝛ troilo pedes bellanti preſentat/ in quē troi lus feſtināter aſcēdit. Sed troilū tunc achilles feſtinā tius inuadit quē troilꝰ in ſua virtute ſuſcepit ꝛ virili us irruit in achillem ſic ꝙ achillem ab equo deiecit ꝛ ipm̄ grauiter vulnerauit. Achilles autem nec ſuo caſu

pcipiti ſtupefactus nec curās de tāti ictus quaſi leti fera leſione cuȝ maxima celeritate ſurrexit. et equum conat' aſcendere/ſed greci viriliter ei reſiſtūt. Tunc hector ad locum illuȝ acceſſit. ⁊ ut ſcripſit dares fere tunc hector mille milites interfecit. qui achillē defendere conabant'. A quo achilles tunc ſic grauiter fuit oppreſſus/ꝙ ſibi multa fatigatione laſſato vix erat defendēdi facultas. Qui tūc captus indubitabiliter extitiſſet. niſi thelamō ⁊ dux athenaꝝ celeriter occurriſſet/qui achillem equuȝ aſcendere cuȝ multo labore fecerūt. Superueniēte igit' noctis crepuſculo non fuit tunc āplius pliatū. ⁊ vtraqꝫ pars bellātiū bello ipo diuiſo in ſua pſidia ſe recepit p trigīta āt otinuos dies acriter fuit pugnatū. Propter qđ ex vtraqꝫ pte multi ſunt ceſi/ſȝ plures ex grecis. De filiis vero naturalibus regis priami infra dies il'os ſex interfecti fuerunt. ⁊ hector iterum in facie vulneratus. Quare rex priamus regi agamēnoni nūcios ſuos mittit ſex mēſiū petit inducias. que ſibi oceſſe fuerūt treuga firmata

De octauo bello.

Firmatis igit' ſex mēſibus datis ad treugā infra hos hector ſibi de vulneribus ſuis medet' iacēs tūc i aula pulcritudīs nobilis iliō de q̄ mirabilia ſcripſit dares. Dixit enī eā fuiſſe totaliter inſtitutā de duodeci lapidibus alabaſtri cū ⁊ ipa eēt lōgitudīs paſſuuȝ fere vigiti. Eius pauimētū fuiſſe dixit de criſtallo firmatū. ⁊ parietes eius pariter incruſtatos ex diuerſis lapidibus pcioſis. In cuius quatuor āgulis colūne q̄tuor de onichino erāt excēſe pceritatis affixe Sic erāt eiuſdē generis capitella ⁊ ſic ⁊ baſes ipaꝝ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf